



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXVI. De Conservatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

fu. & 22. vers. quia qui vult. & consil. 22. Visto dicto libello. n. 21. vers. & qui vult antecedens. Cravett. consil. 134. num. 45. quos refert Cardin. Tusch. d. conclus. 757. n. 76. & 77. [Neque etiam procedit, quando aliquid requirit specificam expressiorem. l. ult. & ibi Jaf. C. de hered. inst. tunc enim necessario debet exprimi, nec sufficit, quod veniat tanquam antecedens necessarium. Menoch. lib. 4. praf. 4. Fach. 18. controvers. 35. Aliam ex causa ex vobis obsequi adducit Gerhard. de conjugio. §. 223. & 333. Sic enim vetat DEUS meretricium seu prostibulum mercedem inferre arario templi, Deut. 23. vers. 28. nec tamen meretricium questum approbat. Aliud enim est factum aliquod Punica consuetudine receptum nudere censere, & ex eo casum, ut vocant, formare; aliud verò illud factum tanquam legitimum & divinitus concessum approbare; quod posterius ex priore deduci nequit.] Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 924. num. 17. & 46. Eular. de substit. quest. 480. num. 21. & quest. 421. num. 67. Duran. Rotæ decis. 185. num. 18.

IV.

[Consequenti destructo destruitur antecedens. l. 2. §. mutui datio. 1. ff. de reb. cred. Intellige scilicet, quando consequens necessario sequitur ad antecedens. Exemplum vid. apud Everh. in Top. in loc. de consequenti. num. 2.] Unde ubi consequens falsum est, antecedens subsistere non potest. d. l. 2. §. mutui datio, ubi gloss. & Dd. ff. si certum pet. Everhard. in Topicis legalib. loco 97. in princ. Sürd. consil. 428. n. u. Sigism. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 9. n. 776. Steph. Gratian. d. tom. 5. cap. 972. num. 9. Consequens enim sine antecedenti stare non potest. Mantie. decis. 57. num. 4. ubi subdit, locum habere etiam in sententiis.

In consequentiam quæ veniunt, non sunt attendenda, imò attendendum est, quod principaliter agitur, non quod incidenter. l. 1. ff. de auctorit. tutor. l. 1. is, qui, ff. de liberali causa. l. verum 39. ff. de furtis. l. si quis nec causam 4. ubi latè Jaf. num. 3. cum multis seqq. ff. si certum pet. l. conditionibus 5. ff. de condit. & demonstrat. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 45. §. 1. num. 35. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quest. 5. num. 23. Ludovic. Cenc. de censib. p. 2. c. 1. quest. 3. art. 8. num. 17. Reinol. in observat. practice. observ. 7.

num. 34. obs. 36.
num. 9.

CAP. LXXVI.
De Conservatione.

Axioma I.

Juris jam acquisiti conservatio facilius est, quam novi acquisitio. l. 1. in pr. ff. de pign. l. ult. de acquir. poss. Ant. Faber C. de ded. libr. def. 24. n. 3. Quemadmodum in simili multo facilius est, ut aliquid mutetur, quam ut restituatur. l. 48. de rei vind. l. 22. §. si heres, ad Trebell. Ant. Fab. in C. suo de cond. ob turp. caus. def. 2. n. 5. Conf. Cravettam consil. 292. n. 2. p. 201. & infra lib. 18. c. 33. axiom. 6. fin.

II.

Conservatio æquiparatur constitutioni, l. 3. in fin. C. de natural. liber.

III.

Ad conservationem quod inductum est, non debet operari perditionem. l. nulla 25. de LL. ne quidem immutationem. Jason. in l. legato. n. 9. de leg. 1. Wesembec. 1. consil. 1. n. 30.

CAP. LXXVII.
De Consilio.

Axioma I.

Consilia non sunt necessitatis, sed voluntatis. Paul. Castr. consil. 80. Dec. ad l. 47. ff. de Reg. Jur. & cap. cum olim 7. de arbit. Contingere enim potest, ut bene consultata vel casus aliquis repentinus immutetur, vel culpa consilium accipientis pervertatur. l. si quis 9. §. ff. de dol. Conf. Argent. l. 1. n. 4. lib. 1. An autem ex colloquio, in primis secreto, præsumatur consilium datum, v. Bald. 1. consil. 250. n. 1. & seqq.

II.

Obligatio petendi Consilium non inducit necessitatem sequendi. l. 77. §. 24. de leg. 2.

Limita: Quoties statuto disponitur, electio nem faciendam esse de Consilio & Judicio peritorum, tunc illud sequi tenentur, quoniam illa verba de consilio, necessitatem imponunt. Alias, si illud saltem petere sufficeret & aliter facere liceret, non diceretur Electio fieri de Consilio, sed contra consilium. Perez. Cod. de Decurion. num. 28.

III.

Consilia & responsa Juratorum semper ita sunt intelligenda, quemadmodum Cujacius in fronte consultationum suarum conditionem apposuit. Ergo si ita est, quemadmodum tua consultatione significas, &c. unde monet Cothman. 1. consil. 1. n. 527. Bene & rectè judicare volentem non nuda Jurisconsultorum responsa, quæ pro hoc die nimis leviter, & ut ille aiebat superficialiter, non medulliter conduntur, sed mandata ac LL. divinas ac humanas intueri atque sequi oportet.

IV.

Multis & magnis negotiis præpeditis non facile est aliquorum consultationibus respondere. cap. licet. 3. extra de spons. duor.

V.

Consulendum est ei, qui obtinendi spem non ha-